

1185

D O G M A T I C I

1186

five *Scripta in I. et II. Librum Sententiar. Petri Lombardi* prae-missis Indicibus. Titulus et initium est: *Incipit primum super sententiis fratris thome. Ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames &c.* Prout habetur in Edit. *Job. Nicolai Opp. T. VII. Paris. 1660.* f. ordine tamen antiquo, quem mutavit Editor, ut notavit p. 3. ad marg. Itaque sub finem Περίοδου, quae interjacet in Codice nostro inter verba: *sed de bono quod adjungitur culpæ, et: Videtur inconvenienter ordinasse &c.* et 12. linear. est, apud illum, ut *Expositionem Textus*, quaere p. 412. Fol. 98. *Incipit liber secundus.* Ita: *Spiritus eius ornavit celos et obstetricante manu eius &c.* Ut edit. cit. T. VIII. Finis, ut ibi: *et regnum non corrumpetur. In secula seculorum. Amen.*

Pagg. ult. inter varia Adnotata partim extrita, partim improbe scribillata comparent Libri multi Religiosis variis v. g. *F. Mathiolo, Bonaccursio, Antonio de Parma &c.* aut concessi, aut mutuo dati, aut venditi. Memoratur item *Aegidius Prior*, unde Codicem e quodam Ord. Praed. Conventu *Italico* evasisse putem.

CCCCXCVI.

U. 301 Codex membraneus lat. Sec. XIII. exeunt. Folior. 86. f. per duas columnas nitide, sed superiore minutius exaratus, minio distinctus, et Collegio Ducali supremis M. Nic. de *Dunkelspühl* tabulis transcriptus complectitur fo-

lum Ejusdem *Thomae Scriptum in I. Sententiarum*, ut supra. Fol. 5. p. 2. notatur deesse *Dist. II. Articulus III.* at is subpletur ad calcem Operis fol. 82. Sub finem legitur eadem Περίοδου, quam supra dixi quaerendam p. Edit. 412. Codicem Elenchus *Distinctionum et Quaestionum* terminat.

CCCCXCVII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 304 XIV. Folior. 255. f. maj. per duas columnas caractere nitido, atro perscriptus, coloribus distinctus, et olim a M. *Thoma de Haselbach* cum tot aliis legatus Collegio hujati Ducali est Ejusdem *Scriptum in IV. Librum Sententiarum.* Initium est: *Misit uerbum suum et sanavit eos &c.* Ut Edit. *supracit. T. X.* commutato tamen aliquantum ordine, ut etiam supra observatum est. Commentarius integer definit, ut in Editis: *ad quem omnia ordinantur. cui est honor et gloria in sec. seculor. Amen. Explicit IIII^{ta} sententiarum secundum fratrem thomam de aquino. ordinis predicatorum.* Sequitur Tabula *Distinctionum et Quaestionum* tribus columnis. *Pagg. ult.* adlita sunt ejusdem aevi manu Initium Sermonis in illud *Job. XIII. Si non laverō te &c.* ad *kariissimos quosdam et reuerendos Dominos*, ut puto, in *Coena Domini*, et initium Tabulae alphabeticae in *Rubricas Decretalium.* Ad compingendum vero Codicem serviunt Membranae vetustae Operis cujusdam Rabbini caractere hispanico

E 2

nico

1187

I C O D I C E S I

1188

nico exarati, in quibus deprehenditur ספר קיטת סליק, et novum Initium: דברי קהלת כל מקום על דברי &c. legimus CCCCXCVIII.

U. 302 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 339. f. per duas columnas luculente exaratus, rubricis notatus, et, ut loquitur frons, inter viuos Collegio Ducali *Wienne* cum 17. aliis donatus a *M. Andrea de Weytra* jam alias memorato continet idem *Scriptum Quartum*, monente tamen Titulo: usque ad materiam de matrimonio. Itaque cum *Dist. XXV.* terminatur Codex, cuius finem facit *Expositio Textus*, quam, ut solet, *Quaestionibus* praeposuit Editor *T. cit.* p. 450. Neque ex his aliquem in clericatus honorem subrogari &c. Adjecta est *Distinctionum et Quaestionum Tabula.*

CCCCXCIX.

U. 422 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 147. f. per duas columnas fat nitide, sed multis vocum compendiis, ut Scholasticorum mos, scriptus et rubricis enotatus, olimque a *Thoma de Haselbach* Ducali Collegio legatus, est, ut e calce adsumo, *Liber tercius fratris thome ordinis predicatorum*, id est, *Scriptum eius in Librum III. Sententiarum Petri Lombardi*, cuius ingressus: *Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Eccl. I. Ex verbis istis duo possumus*

accipere &c. et finis: quibus ad vitam peruenitur eternam (deest in Edit.) in qua (Ed. cum Christo) uiuamus per omnia secula seculorum. Amen. Accedit *Distinctionum et Quaestionum Tabula.* In Edit. *Paris. 1660.* Commentaria haec *T. IX. f.* constituunt.

Ad conuestiendum utrinque Codicem adhibita est membrana cuiusdam Collectionis *J. Can.* eleganter exarata, in qua occurrunt Rubricae *De emunitate ecclesie cimiterii rerum ecclesiasticarum. Ne clerici uel monachi secularibus negotiis se immisceant. De clandestina desponsatione. De sponsa duorum* cum *Glossa marginum.*

Codex membraneus lat. Sec. U. 423 XIV. Folior. 156. f. pariter per duas columnas sed luculentius exaratus, coloribus distinctus, et eidem Collegio donatus a *M. Nicolao de Dünkelspühl*, idem *Scriptum* continet, in cuius fine habetur *uitam eternam, et cum Christo.* Subiuncta est etiam *Tabula.* In litera capitali *A* Miniator ignorans *Thomam* veste *Ordinis Minor.* induit.

CCCC

Codex membraneus lat. Sec. U. 426 XIII. exeuntis, Folior. 167. f. per duas columnas nitide, non una tamen manu exaratus, coloribus distinctus, et a celebri nostro *T. D. Nicolao de Dinkelspuchel* Collegio Ducali legatus exhibet *Bonaven-*